

vt breui nihil sit illis futurum felicius, si caeteri principes ommissa bellandi rabie tuum exemplum emulentur. Bene vale.

An. M. D. 17. pridie nonas Nouemb.

705. TO BRUNO AMERBACH.

Basle MS. G II. 13^a. 46.

Louvain.

4 November (1517?).

[A copy by Buxtorf (cf. Ep. 479 introd.): the original I have been unable to trace. The year-date is uncertain. Only 1517 and 1518 are possible, since Erasmus is at Louvain. I prefer 1517, as there is evidence for correspondence with Basle at this time (cf. Epp. 726, 731, 732); and in 1518 mention might be expected of Erasmus' illness (cf. Epp. 867, &c.). In 1519 news of Bruno's death on 21 Oct. would probably have reached Louvain by 4 Nov.]

ERASMVS BRVNONI SVO S. D.

MEMINI quondam erratum fuisse nescio quid in censuris epistolarum quas reieciimus vt indoctas. Rogo vt aut nostram manum huc mittas, aut indices vbi sit erratum, quo possit in proxima editione restitui. Habeo tibi gratiam quod in adiuuandis nostris morem antiquum obtines; nam nescio quo fato Frobenio semper placent 5 asini. Bene vale cum optimis fratribus tuis, Basilio et Bonifacio.

Vetus Graecorum adagium est, Tria cappa pessimum; nunc vero in vos competit, tria β optimum, Bruno, Basilius, Bonifacius. Iube Doctorem Zasium meis saluere verbis.

Louanii pridie Non. Nouemb.

10

Doctissimo Brunoni Amerbachio Basiliensi feliciter trilingui. Basileae.

706. FROM THOMAS MORE.

Auctarium p. 145.

Calais.

F. p. 144: HN: Lond. iii. 8: LB. App. 204.

5 November (1517).

[1517, because More is at Calais; see Ep. 623. 20 n.]

THOMAS MORVS ERASMO SVO S. P. D.

HODIE literas abs te accepi, simul ad Coletum atque Roffensem vna cum libello. Curabo quam primum vt perferantur, ne libellus amittat gratiam nouitatis. Quum epistolam legerem, mirabar cur non ad Cantuariensem quoque scripsisses, vt rem tuam ipse tractares apud eum; apud quem profecto, ni fallor, nemo alius tantum potest. 5

705. 8. competit *scripsi*: *compotes MS.*
add. H.

706. TIT. THOMAS *add. H.* 5. alius

705. 1. epistolarum] of Jerome; cf. Ep. 396. 306, 7.

7. Tria cappa] *Adag.* 2582.

5. Frobenio] Cf. Ep. 628. 1 n.

706. 1. literas] Probably dated c. 2 Nov.; all three are lost.

6. asini] Cf. Ep. 885. 27, 8.

2. libello] Cf. Ep. 697. 12 n.

Quamquam si per me malis, et efficacius putas a praesente rem agi posse quam per epistolam, libentius id faciam quam iusseris: sed non erit perficiendi facultas tam cito quam ego tuam rem vellem fieri. Nam hoc solenne est apud nos, a legatione redeuntem recta
 10 Regem petere, nec obiter ad quenquam diuertere. Ad hoc, negocia nostra tam lente procedunt vt verear ne sit diutius hic morandum quam aut speravi aut e re sit mea: nisi forte nihil videbitur hic spei quare sit manendum. Interim tamen si tu voles, res agi potest per literas: nec dubito quin voles. Sic agam ergo vt deponatur huius
 15 anni pensio apud Maruffum et syngrapha mittatur ad te. Sed de redimenda pensione mihi certe non videtur agendum: cum quod nemo est qui debeat redimere, nisi is qui, vt ego audio, nihil habet vnde possit; tum quod vereor ne Archiepiscopus sic interpretetur tanquam a nobis animum prorsus abieceris. Quam ob rem de
 20 redemptione rursus cogita: si decreueris, ego non deero. Interim ipse de solutione tractabo, nec mihi videris factururus male si tuas etiam literas addideris; id quod fortassis expectat.

Gaudeo Paraphrasim sub praelo esse. Inuideo mediusfidius Louanio, cui tantum contigit beneficium quantum, vt video, vix
 25 agnoscit. Sed is de quo scribis, aut ego fallor aut nunquam mutabitur. Tunstallus plane sentit te nimium bonum esse, qui ei toties deceptus pergas credere. Paccus adhuc non redit, neque scire possum quando sit rediturus: sed neque comminisci queo quid habeat negocii. Certe quantum inquirendo comperire possum, iam diu nihil est neque
 30 cum Imperatore neque cum Eluetiis: nec tamen licet remigrare domum, quum plus, opinor, quam annum iam Constantiae desederit. Miror ab illo non redditum tibi librum. Scribam ad eum de hac re diligentissime; neque enim quicquam est quod malim perfici vel

6. per *add. H.*
 32. hac de re *F.*

14. voles *D:* velis *H.*

28. habeat *H:* habet *D.*

16. pensione] from Aldington.

17. is qui] Evidently the present rector, Richard Master; see Ep. 255 introd.

19. a nobis] Cf. the second reason which moved Warham to allow the pension; quoted in Ep. 255 introd.

20. rursus cogita] Erasmus accepted this advice; see Ep. 726. 10.

23. Paraphrasim] See Ep. 710.

25. is de quo] Probably Dorp. For renewed dissension between him and Erasmus see Epp. 669 and 713. 13 seq.

27. Paccus] Cf. Ep. 388. 94 n. He had returned by Dec., and More met him at Bruges (Epp. 740-1; cf. Ep. 742). Either before or after this he was at Antwerp (Ep. 736), and perhaps also

at Tournay; but the possible identification of the physician Adrian (Ep. 755. 27) suggests that Molendinus may have seen him at Antwerp. By 16 Jan. he was in London (Brewer ii. 3885). Erasmus did not meet him on this occasion (Ep. 855. 20-2).

32. librum] Evidently the *Antibarbari*; see Ep. 30. 16 n. and cf. Epp. 684, 732. It appears that Erasmus had been discussing the question of rewriting it, and had proposed to introduce More as one of the characters. The omission of this large passage in F was probably due to the fact that in the interval he had recovered Book i, and had published it without rewriting.

literarum causa vel mea, quoniam sentio te meditari in eo opere vt extruas amicitiae nostrae monumentum, quod ego pyramidibus omnibus et omnibus mausoleis antefero.

De Hermanno videris ipse. Erga Battum certe sic olim tua praedicatione sum adfectus vt eius memoriae propemodum perinde ac meae faueam. Tantum tibi cogitandum est quo pacto nos coniunges cum illo qui me vix viro, imo ne viro quidem, decessit. Sed ista commode 40 tu machinaberis. Sed heus tu, proximus sum egomet mihi. Partem paciscor plane proximam tibi. Loquacior sum, vt scis, quam vt esse patiar persona muta, praesertim in ea comoedia ex qua mihi immortalitatem spondeam.

Vale, mi charissime Erasme. Gaudeo versiculos meos in tabellam 45 tibi placuisse. Tunstallus endecasyllabos plus satis laudauit, hexastichon moderate. Sed id fraterculus quidam ausus est etiam reprehendere, quod vos Castori et Polluci conferebam, quos dicebat potius comparari debuisse Theseo ac Pirithoo aut Pyladi et Oresti, qui, quod vos estis, inuicem erant amici, non fratres. Ego frater- 50 culum ne vera quidem dicentem potui ferre, resequutus hominis bonam operam malo epigrammate.

Duos amicos versibus paucis modo

Magnos volens ostendere,

Tantos amicos dixeram quanti olim erant

55

Castorque Polluxque inuicem.

'Fratres amicis' ait 'inepte comparas'

Ineptiens fraterculus.

'Quid ni?' inquam. 'An alteri esse quisquam amicior

Quam frater est fratri potest?'

60

Irrisit ille inscitiam tantam meam,

Qui rem tam apertam nesciam.

'Est ampla nobis' inquit 'ac frequens domus

Plus quam ducentis fratribus,

Sed ex ducentis pereo si reperis duos

65

Fratres amicos inuicem.'

Iam iterum vale, Caleti. v. Nouembris. raptim, valde festinante tabellario, vrgente, opinor, illum auriga.

34. quoniam . . . 44. spondeam *om. F* (37. Hermanno *scripsi*: Hermanno *D*).
49. et *H*: aut *D*.

37. Hermanno] See Ep. 33 introd.
40. vix viro] More was 24 or 25 at the time of Batt's death; cf. Ep. 35

introd.
41. proximus] Ter. *Andr.* 635.
46. endecasyllabos] Cf. Ep. 684.